

Christian Ehrenfried Eschenbach

**VvInerum Vt Plvrimvm Lethalivm Dictorvm Nvllitatem Demonstrans Commentatio  
: In Honorem Matrimonii, Qvod Vir ... Dominvs Herman. Valent. Beselin, Jvrivm  
Candid. Nec Non Ampliss. Senatvs Rostoch. Secretarivs, Et Virgo, ... Anna  
Sophia Niemannin, Viri ... Dni. Johannis Niemann, Senatoris Rostoch. Dexterrimi,  
Filia Natv Minor, An 1748. Die [ ] Septembr. Solemniter Avspicabantv**

Rostochii: Groschupf, 1748

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn743956818>

Druck    Freier  Zugang



Eschenbach, Chr. E.,  
in honorem matrimonii  
**H. V. Beselin**  
**et A. S. Niemann.**

R. 1748.







*H.v.Beselin.*

VULNERVM  
VTPLVRIMVM LETHALIVM

DICTORVM NVLLITATEM

DEMONSTRANS

C O M M E N T A T I O ,

IN HONOREM MATRIMONII,

QVOD

V I R

PRÆNOBILISSIMVS ATQUE DOCTISSIMVS

D O M I N V S

**HERMAN. VALENT. BESELIN,**

JVRIVM CANDID. NEC NON AMPLISS. SENATVS

ROSTOCH. SECRETARIVS,

ET

VIRGO,

VIRTVTVM DOTE LAVDATISSIMA,

**ANNA SOPHIA NIEMANNIN,**

VIRI QVONDAM PRÆNOBILISSIMI, GRAVISSIMIQUE

Dni. JOHANNIS NIEMANN,

SENATORIS ROSTOCH. DEXTERIMI,

FILIA NAT V MINOR,

AN. 1748. DIE 15. OCTOBR.

SOLEMNITER AVSPICABANTVR,

CONSCRIPTA,

A VTORE

**CHRISTIAN. EHRENFRIED ESCHENBACH,**

M E D . D O C T .

ROSTOCHII, LITTERIS GROSCHVPTIANIS.

6



# PRÆFAMEN.

**C**aput de Vulneribus lethalibus, quod legalis Medicina exhibit, maximi esse momenti, est in aprico. Vita enim ac mors inquisiti in hoc casu ab effato medico dependet, & Jura ipsa sine concursu medicinæ suspenduntur. Propter materiæ dignitatem ad excolendam illam non Medici modo ab omni tempore allaboraverunt sedulo, sed & passim Jcti quoque operam navarunt, quorum omnium conamina scriptis prostant explicata. Non obstante interim abundanti illo autorum super hac re commentantium numero, eandem tamen variis adhuc difficultatibus premi, vel ipse autorum dissensus probat, eorumque in proferendis judiciis incertitudo. Ratio hujus rei inter reliquas sine dubio non est infima, quæ ex antiquitate adhucdum conservatur

a 2

Vul-

Vulnerum utplurimum lethalium doctrina. Horum existentiæ dogma, cuius autores nominant antiquissimos medicinæ parentes, & quod seculis proxime præteritis acriter imprimis fuit defensum, nostris adhuc temporibus, ac in iis compendiis, quæ ex recentissimis ceu optima considerantur, tanquam certum omnique dubio vacans, docetur. Unde & in hodiernum usque diem subinde judicia obveniunt medica, privata saltem, quæ consuetis & edoctis suffulta principiis, declarant: *dass diese Wunde wenigstens pro utplurimum lethali zu achten sey.* Nihilo tamen secius pariter verum est, hanc ipsam doctrinam, si accurate res indagetur, adeo incertis inniti fundamentis, ut quicquid sibi cum ejusmodi vulneribus Autores proprie velint, licet haud perlegantur obiter, difficillime constet. Quin imo, totam eandem, qualis qualis est, ad figmenta medico legalia referri debere, & ego credo, & sequentibus pagellis sententiæ argumenta

pro-

propono. Ne vero quis sibi persuadeat, de verbis  
tantummodo disputari hic, perpendere simul juvabit  
poenas, quas vulnus quoddam utplurimum lethale  
infligenti leges civiles decernunt. Secundum harum  
nempe præscriptum, vulnera utplurimum lethalia  
dicta vulneribus absolute talibus æquiparantur, mor-  
teque ambo puniuntur in percussoribus. Confer. e.g.  
Carpzov. Quæst. Crimin. Part. I. Quæst. XXVI. §.3.  
ubi vulnus lethale, (tale nempe quod capitali poena  
dignum censetur) dicitur illud quoque, quod plus  
tendit ad mortem, quam ad evasionem, it. quo vul-  
neratus non potest evadere, nisi cum summa difficul-  
tate, (scil. utplurimum lethale): quem autorem, ipse  
qui Baldi aliorumque veterum vestigia presfit, secuti  
sunt recentiores postea allegati JCti. Nec mirum,  
nam ex plurimorum quoque medicorum sententia  
hæc illis adnumerantur. Quodsi vero probari possit,  
eiusmodi vulnera nulla dari, ac ea, quæ pro talibus

habita & enunciata sunt, haud raro absolute lethalia  
minime fuisse, sequitur ut quamplurimi eorum, qui  
pœnam statutam ordinariam propter inflictum vul-  
nus aliquod ut plurimum lethale passi sunt, injuste  
candem dederint, utque punitiones, læsionibus hisce  
impositæ, imposterum aliter veniant a legislatoribus  
decernendæ. Hoc ut probem reipsa, præsens est in-  
stitutum, quod Tuo, Vir Doctissime, Sponse hodie  
felicissime, judicio expono, ut quo usque veritatem  
sim consecutus, determines. Nec tamen hæc unica  
fuit propositi ratio, sed ea simul, ut præsentem diem  
hymeneum, qui Tecum mihi parat cognitionem,  
concelebrem & ego, Tibi Tuæque Sponsæ ornatis-  
simæ gratuler publice, atque illum modis omnibus  
felicem ac faustum a DEO T. O. M. apprecep ex  
animo.

Dabam 1748. die 24. Sept.

DE



DE VULNERVM  
VTPLVRIMVM LETHALIVM  
DICTORVM NVLLITATE.

§. I.

**Q**uamlibet corporis læsionem ab extra factam, quam mors læsi sæquitur, *Vulneris lethalis* denominatione exprimunt medici, quocunque instrumento & cuiuscumque corporis parti læsio contigerit.

**COROLL.** Lethalia igitur hæcce dicuntur vulnera propter eventum lethiferum. Unde fluit, quod læsiones, quæ morte non terminantur, ad lethalia vulnera pertinere nequeant.

§. II.

Mors læfioni superveniens, dupli ex ratione advenit. Vel enim inducitur per læsionis naturam & intrinsecam constitutionem, vel non per ejus naturam, sed per accidentia ipsi extrinseca. Unde & dupli denominatione vulnus lethale distinguitur. Prius enim *vulnus* facit *absolute lethale*, posterius vero *vulnus per accidens lethale* nominatur. Dum quoque vulnus, quod per sui naturam necat, non aliter ac morte terminari potest, atque adeo ex necessitate necat, & omnis omnino

omnino curationis est incapax, licet hæc sollicite ac debite applicetur, mediaque ad medendum necessaria deficiant nulla; vulnus autem, quod non per sui naturam, sed per accidens tantum, mortem accersit, in se spectatum, medelam admittere potuisset, dummodo requisita ad medendum necessaria fuissent & præsentia & rite administrata: facile patet, vulnus absolute lethale optime definiri, quod sit ejusmodi vulnus lethale, quod medelam omnem constanter respuit, sive extra medicinæ possibilitatem est constitutum, & sine ulla exceptione semper necat; vulnus vero per accidens lethale, quod sit talis læsio mortifera, quæ (intrinsece spectata) non superabat medicas vires, sed potius medelam omnino admisisset, quæ vero propter circumstantiam non necessariam, ex accidenti supervenientem, necat.

SCHOL. I. *Vulnera absolute lethalia ab Autoribus Medico-Legalibus aliter paulo, quam hic factum, definitiuntur aut potius limitantur. Volumen nimirum, „quod vulnerum horum lethalitas haud ita strictissimo sensu accipi debeat, quasi nullus unquam a tali vulnero vel arte vel natura curatus, sed ab omni tempore oppressus & enecatus fuerit, ut propterea nullum exemplum in contrarium adduci queat“ uti loquitur Alberti in *Jurisprud. Med. Tom. I. Part. prior. Cap. XIV. §. V.*, consentientibus, Bohnio in *Libr. de Offic. Med. dupl. pag. 615.*, Ammanno in *praxi Vulnerum Lethal.* pag. 110. seq., aliis: consentientibus adhuc e *J. C. Tis.* qui Georg. Ernest. Stahlii autoritate fuerunt persuasi, Joh. Samuel. Fried. Böhmero in *Element. Jurispr. Crimin. Sect. II. §. CCXVI. Schol.*, & Justo Henningio Böhmero in *Introductione in Jus Digestorum*, Lib. XLVIII. Tit. VIII. 28. consentientibus præterea aliis legum interpretatoribus, e. g. Job. Paul. Kressio in *Commentatione in Constit. Criminal. Carol. V. Artic. CXLVII. §. 1. Not. 5.* & *§. 2. Aug. Lysero in Meditat. ad Pandectas Vol. IX. pag. 383. §. XX.* Cum vero dicta limitatio eum tantummodo in finem a Medicis adjiciatur, ut vulnera ut plurimum lethalia, de quibus mox dicendum, hoc trahantur, eaque veram cum voce: absolute lethale involvat contradictionem, hinc merito eandem rejicimus. Nec movet nos, quam autores dicti superaddunt, limitationis adjectæ ratio, quod scilicet sine illa numerus Vulnerum absolute lethalium nimium decrecat, & per pauca talia remaneant. Quis enim est, qui,*

ut numerum augeat, vulnera non absolute lethalia ad absolute talia refert, qui augmentum illud sine maxima injustitia stabilire conetur? Num quoque judicis interest, ut compluria vulnera sint absolute lethalia; an vero, ut cuique tribuatur suum?

SCHOL. 2. Nonnulli ab absolute lethalibus subdistinguunt, vulnera per se talia, hæc ultima dicentes "vulnera illa, quæ mortem inferunt n̄sibi relictæ", (i.e. ubi medela debita non adhibetur), hæc ipsa tamen vulneribus absolute lethalibus proxime accedere, atque, si judicium fermentum, ad horum classem referri debere, simul contendunt, id quod fecit Bohnius l.c. pag. 616. item in libro de Vulner. Lethal. pag. 31. Et cum eo Heister. in Compend. Chirurg. Part. I. Libr. I. Cap. I. §. 16. sqq; nec non Platner in Institut. Chirurg. §. 365. Facile vero apparet, si medela consueta non fuerit adhibita vulneri persuī naturam alias medicabili, huic vulneri eventum illum lethiferum non esse adscribendum, i.e. tale vulnus fuisse per accidens lethale, propter medela nimirum, quæ in respectu ad naturam vulneris erat possibilis, defectum (vid. Schol. sequ.). Si vero vulnus ipsum fuerit absolute lethale, hanc divisionem sponte corruec. (de quo infra Coroll. 9.) Alii auctores vulnus per se lethale (hoc nomine simul aliter, ac a præcedentibus fit, interpretato,) assumunt pro genere, quod ceu speciem sub se comprehendit vulnus absolute tale (vid. §. III. Schol. I. ). Alii differentiam quandam ponunt inter vulnera absolute lethalia & vulnera necessario talia. Alii aliam adhuc diversitatem hic querunt. Quidam e contrario hisce terminis omnibus promiscue utuntur sine distinctione ulla. Nos ad evitandam confusionem, quam per varias illas subdivisiones facillime oriri autores ipsi fatentur, (e.g. Bohn. l.c. & Alberti l.c. §. VI.) vulnera absolute lethalia, per se, necessario, ex necessitate, simpliciter, semper, actu talia, aliasque ejusmodi locutiones quaslibet pro synonymicis, quales revera sunt, agnoscamus, persingula talia vulnera intelligentes laesionem lethalem, cuius medela, per sui naturam atque intrinsecam rationem, sine ulla exceptione erat absolute impossibilis.

SCHOL. 3. Accidentales causæ, quæ vulnus, cuius medela alias per intrinsecam ipsius constitutionem est possibilis, per accidens lethale redundunt, sunt: remediorum aut defectus, aut minus justa applicatio, sive medentium culpa tale quid accidat, sive adstantium, sive ægri ipsius: atque debilitas vulnerati & morbus quilibet magnus, incurabilis, vel internus vel externus, aut præsens ante laesionem, aut post eandem su-

b

perve-

X  
perveniens, sive lēsi culpa ille adveniat, sive non: e.g. si Iesus ante vulnerationem laboraverit phthysī, inflammatione interna ad gangrenām abeunite, etc. si post eandem de novo ledatur per casum ab alto, per aliam violentiam externam, per morbum quemvis magnum ab animi passionibus, ab errore diætetico, aut aliunde oriundum; His enim presentibus facile patet, lēsum non e vulnere periisse, (hoc enim supponitur curabile per sui naturam,) sed a phthysī, inflammatione, casu, morbo etc. conjuncto. Confirmant id autores supra allegati omnes.

SCHOL. 4. Ex predictis simul liquet, quid judicandum, quando autores, quibuscum & Böhmerus & Kastnerus & reliqui antea memorati Jcti faciunt l. c. postulant, "quod in ferendo de Vulneris lethali judicio, individuorum qui vulnerati sunt, eorum roboris, etatatis, similiumque circumstantiarum ratio haberi debeat; quodque idcirco vulnus quoddam, huic non lethale, alteri propter individualē constitutionem possit absolute lethale fieri." Item, (quod hoc quoque pertinet,) quando Autores medico legales toties repetunt "quod in ferendis judiciis non sit questio: an vulnera partis cuiusdam corporis, e.g. ventriculi, capitis, etc. in genere sint lethalia, sed an vulnus ventriculi, capitis, etc., Titio vel Cajo infictum, sit absolute lethale, nec ne. Vid. e.g. Welsch. in Libr. de Vuln. Lethal. pag. 149. Notandum enim hic venit, quod, quamvis in renunciationibus medico forensibus, de vulnere quodam speciali semper sit questio, minime vero de integris vulnerum partis cuiusdam generibus interrogetur, medici tamen non possint non, ad evitanda equivoca, & ad componendum judicium accuratam certumque, decidere semper de vulnera qua tali, & secundum ejus constitutionem intrinsecam, adeoque sine respectu ad peculiares individui circumstantias: haec namque nil aliud sunt, nec esse possunt, in respectu ad vulnus, quam attributa accidentalia et exirinseca, a vulnera ipso jure meritoque separanda. Quoties vero ejusmodi quid immiscetur, i.e. quoties vulnus quoddam, quod, qua tale s. per sui naturam, non est absolute lethale, pro absolute tali declaratur propter individui lēsi proprietates speciales, (id quod tamen autores nonnulli, satis incaute, faciunt,) e.g. propter senium decrepitum, etatem puerilem, debilitatem maximam, & que sunt similia, toties vel omnis vulnerum lethalium, in absolute & per accidens mortifera, distinctio est destruenda: vel vulnus, quod re ipsa non nisi per accidens lethale est factum, pro absolute lethali declaratur cum manifesta veritatis depravatione.

vatione. Judicis interim est, occurrente vulnero quodam per accidens lethali, inquirere in originem causæ accidentalis lethiferæ, vulneri superventæ, num forte illius culpa cadat in inquisitum, sicque hujus delictum augatur, e. g. si inquisitus quocunque modo impediverit, ut ne vulneri, per sui naturam curabili, medela debita adhiberetur: adeoque lœso ex proæfisi contraxerit mortem, quamvis secundum principia medica accidentalem tantum. Sic quoque JCTis determinandum lubenter relinquitur, an & quænam vulnera per accidens lethalia, quoad punitiones, vulneribus absolute talibus sint æquiparanda? num e. g. buc trahi mercantur vulnera, agroto cuidam, infanti, aut seni decrepito inficta, quæ, qua talia & per constitutionem intrinsecam, sunt sanabilia; hisce individuis vero propter peculiarem infirmitatem sunt mortifera, sive ejusmodi quid cum animo necandi, cum harum rerum præcedente scientia, etc. perpetretur, nec ne? Hæc talia namque ad medicinam non spectant, nec medicum decet, vulnera dicta, propter inquisiti culpam majorem, insuper advenientem, pro absolute lethalibus, cum per sui naturam talia non sint, declarare.

SCHOL. 5. Quænam sint vulnera absolute, & vulnera per accidens lethalia, singulatim hoc loco exponere, & quorumvis signa dare diagnostica, præsens non est propositum. Enarrata prolixius habentur, quæ huc ulterius pertinent, in Compendio nostro medico-legali, ubi singularum corporis partium vulnera lethalia prostant indicata.

SCHOL. 6. Reliquas vulnerum differentias, quæ lethalibus in genere opponuntur, e. g. vulnera incurabilia, quæ, plenariam non admittentia medelam, morbum quendam diuturnum post se relinquunt, hic non tangimus, ceu ad nostrum non facientes scopum, qui quippe de vulneribus lethalibus tantum agimus. Interim & in his, incurabilibus nempe, sive tardius paulo, sive citius mors sequatur, posito quod post aliquod temporis intervallum sequatur, semper questio supermanet, an cum morbo illo diuturno insequente lœso ipsa per constitutionem suam intrinsecam fuerit sanabilis, nec ne? adeoque, num vulnera quoddam incurabile, lethale tandem, tametsi post longiorem moram, factum, absolute fuerit lethale, an ad lethalia per accidens sit referendum? Nec obstat, quod aliter sentiat Alberti l. c. §. VI. it. §. LII. dicens: „Ductus Thoracici solitariam lesionem haud pro absolute lethali mestimo, licet illa curari nequeat, & successive mortem inferat,” qualia & profert, §. LVII. ac §. LXII. de lesionibus ureterum, pulmonis,

*&c.* Hodierna namque principia medico-legalia docent, quod temporis mora, a lesione ad mortem, brevior aut longior, nil faciat ad lethallitatem, vel augendam, vel imminuendam. Et ex praecedentibus jam patet, quod in quibusvis lesionibus, quarum eventus est lethalis, respiciendum sit ad illarum naturam & intrinsecam constitutionem, num, secundam hanc, medelam admittant, an non? Dum vero hic de longiori mora loquimur, non subintelligimus magnam annorum seriem, quale quippe temporis intervallum in vulnus absolute lethale non quadrat, si scilicet eousque lesionis reliquia & morbus diuturnus inde fluens, protrahantur.

COROLL. 1. Eventus funestus lethale equidem reddit vulnus, (§. 1. Cor.) non vero ille decidit, an vulnus quoddam sit absolute, an per accidens lethale. Non ergo valet consequentia: Hic laesus post acceptum vulnus est mortuus, Ergo hoc fuit absolute lethale.

SCHOL. Consentit Alberti l.c. §. VI. „Non ex consecutione, „(dicens), funesta & eventu lethali laesio pro absolute lethali declarari me- „retur, sed provide indagandum, &c.” Welschius equidem l.c. pag. 178. & 179. vulnera absolute lethalia ex eventu maxime dijudicanda vult, quod & verba Ammanni innuunt (vid. infra §. III. Schol. 3.); Facile autem apparet, omnia vulnera lethalia fieri absolute talia, si ab eventu funesto ad absolutam lethallitatem concludere licet.

COROLL. 2. Vulnerum lethalium classificatio dependet ab even- tu mortali, vulnus aliquod concomitante vel per sui naturam & in- trinsecam constitutionem, vel per rationes accidentales eidem extrin- secas. Quicunque igitur de vulneris alicujus lethalitate, an ea fue- rit absolute, an per accidens talis, judicium ferre intendit, animum advertere debet, tam ad naturam vulneris, quam ad accidentia ei extrinseca.

COROLL. 3. Cum quodlibet vulnus lethale morte finiatur, vel propter intrinsecam vulneris naturam, vel non propter hanc, sed propter circumstantias accidentales atque extrinsecas (Cor. præc.): Hinc omne vulnus lethale est vel absolute, vel non absolute, i.e. per accidens, tale. Vulnus Ergo, quod esset lethale, neque tamen vel ab- solute vel per accidens tale, nullum datur.

SCHOL. Leyserus, quocum & alii J.Cti faciunt, proprie nulla dari vulnera absolute lethalia, contendere videtur, scribens, l.c. „Omnia n. florassis

„fortassis vulnera sanabilia sunt, quo autem non sanentur, adscriben-  
dum est imperitia humanae. Neque enim medici ac Chirurgi ad si-  
nem medicinæ pervererunt, uti de seipso, & de inventore medicinæ  
Æsculapio id fatetur Hippocrates ad Democrit. An itaque propterea  
nullum homicidam ultimo suppicio adficiemus?” Sed facile regeritur,  
1) experientia præsto est: quis enim sanabit vulneratum, cui caput e.g.  
abscissum, aut cor e pectore extractum, aut exenteratus est ventriculus?  
2) Quoad reliqua minus manifesta vulnera absolute lethalia, Jcti ipse  
in operibus suis largiuntur, quod in hac re medicis seu arte peritis sit  
fidendum. 3) Medici sponte confitentur, quod miracula, soli quippe  
omnipotentia divina relicta, ars ipsorum nec doceat, nec exerceat: quod  
ergo in iis subsistendum sit exemplis, quæ rationi & experientiae, rite  
institutæ, innituntur. 4) Effatum Hippocratis huc neque pertinet, ne-  
que quid probat.

COROLL. 4. Eventus funesti causa in vulnere absolute lethali  
semper querenda est in ipsa vulneris natura, medelam omnem con-  
stanter respuente; Eventus vero funesti in vulnere per accidens  
lethali causa querenda semper est, non in natura lœsionis, sed in  
circumstantia quadam accidentalii, quæ medelam, per naturam lœsi-  
onis possibilem, reddit irritam.

SCHOL. Pertinent huc, quæ præter reliquos & Ammannus in Me-  
dic. Critic. dicit p. 460. „Curandi ædvaپia” (ea nempe quæ vulneri  
per ipsum naturam competit) “absolutam infert lethalitatem;” Licet vul-  
nera leviora hic excipere malit Alberti l.c. §. VII.; ast sine fundamento.

COROLL. 5. Omne vulnus, quod mortem intulit tantum per  
sui naturam & constitutionem intrinsecam, pertinet tantum ad abso-  
lute lethalia; Sic & vulnus, quod mortem intulit tantum per acci-  
dentalia ipsi extrinseca, pertinet tantum ad lethalia per accidens.  
Neque minus patet, omne vulnus mortem lœsi inferens, sed tan-  
tummodo per accidentalia, non pertinere ad lethalia absolute talia:  
& omne ejusmodi vulnus mortem inferens, sed tantummodo per  
sui naturam, non pertinere ad lethalia per accidens talia.

COROLL. 6. Vulnus absolute lethale semper & necessario mor-  
talem habet exitum; (Prædicatum namque, rei competens per sui  
naturam, semper ac necessario ipsi competere necesse est:) Vulnus  
autem per accidens lethale non est semper & necessario lethale:

b 3

(necessi-

(necessitate scil. ex natura & intrinseca ejus constitutione resultante;) quae propositio etiam converti & affirmari potest, quod omne vulnus, quod non semper & necessario est lethale, accidentaliter tantum fiat mortiferum, adeoque ad vulnera per accidens lethalia debeat referri.

**COROLL. 7.** Cum vulnus, quod est absolute lethale, semper & necessario sit tale (Coroll. preced.); Hinc tuto concluditur: Vulnus aliquod est absolute lethale, Ergo ejus exemplum sanatum dari nullo modo poterit.

**COROLL. 8.** Cujuscunque vulneris exempla dantur sanata, hujus exitus fatalis, si laeso eveniat, non per naturam vulneris ejusque rationem intrinsecam evenire potuit. Vulnus enim, si per sui naturam mortem laesi infert, eandem necessario ac semper inferre debet, nec unicum exemplum adduci in contrarium ullo modo poterit. (Coroll. præc.) Valet ergo hæc consequentia: Hoc vel illud Vulnus sanatum fuit, Ergo ejusmodi vulnera non sunt absolute lethalia.

**COROLL. 9.** Vulneri absolute lethali, quamvis novi superveniant casus accidentales, ad mortem inferendam soli sufficienes, vulnus tamen propterea non mutatur in lethale per accidens, mere tale, sed manet id, quod erat antea, id est, absolute lethale; nec lethalitati huic absolute minimum quid derogat nova ista accidentalis lethalitas. Sic quoque vulnus, per accidens lethale, manet tale, nec mutatur in absolute lethale, quamvis complures laesioni superveniant casus accidentales, singuli ad provocandam mortem facientes, dummodo vulnus ipsum per constitutionem suam intrinsecam fuerit curabile.

**COROLL. 10.** Plura vulnera, singula seorsim per sui naturam sanabilia, simul inficta, si per pluralitatem medela reddatur impossibilis, (licet requisita ad medendum necessaria fuerint & præsentia & rite administrata,) adeoque mortem necessario inferant, junctim componunt vulnus absolute lethale.

**SCHOL.** *Quando v. g. omnes artus simul leduntur adeo, ut eorum amputatio ad medendum sit necessaria, tunc laesus absolute moritur, quia impossibile est, omnes artus sine vita dispendio simul amputare: quamvis unicum ejusmodi vulnus omnino per amputationem sit curabile, teste experientia, adeoque si mors sequatur unicæ extremitatis lesionem, illa non nisi accidentaliter sequatur.*

§. III.

## §. III.

Præter antea commemorata vulnera lethalia antiquiores pariter atque hodierni autores medico legales, de aliis adhuc loquuntur læsionibus mortiferis, quas *vulnera utplurimum lethalia* salutare consueverunt. In his definiendis licet eatenus singuli convenient, quod sint læsiones, quæ ordinarie mortem habent pedissequam, ex quibus tamen nonnullos paucos feliciter eluctatos, indubia observationes testantur: in eo tamen discordes deprehenduntur, quod vulnera illa alii ad hanc, alii ad aliam referant classem. Quidam enim vulnerum utplurimum lethalium peculiarem constituunt classem, & quidem a prædictis ambabus prorsus distinctam: adeo ut vulnera utplurimum lethalia ad lethalia quidem, tamen neque ad absolute neque ad per accidens talia referri debere contendant. Quidam vero vulnera utplurimum lethalia quidem absolute talibus, adeoque iis, annumerant, quæ per sui naturam sunt mortifera; concedunt tamen, ejusmodi vulnera in hoc vel illo subjecto, licet rarissime, medelam admisisse: sicque vulnera utplurimum lethalia ipsis sunt vulnera, quæ quidem absolute lethalia, tamen non semper, sed plerumque tantum, esse solent.

SCHOL. I. *Quod Autores vulnera utplurimum lethalia admittant, et quomodo eadem definiant, testantur verba Alberti, qui l.c. §. V. "Vulnus dicit, quod per se tale est, a quibusdam distinguitur in vulnus absolute tale et in vulnus utplurimum lethalis," et §. VI., Differentia inter vulnera semper et utplurimum, aut absolute et communiter talia medicis et judicibus perspicua magis est, (scil. quam differentia inter vulnus per se et absolute tale.) Iterumque §. V., "Vulnus utplurimum lethale est, quod exemplis quibusdam sanatum demonstrari potest, quod ipsum tamen communiter cum letaliero eventu se determinat."* Porro p. 351. Tom. Post. de vulnera quodam profert: „Diese Wunde merirt nicht unter die Classe gezehlet zu werden, die *utplurimum* oder *frequentius* *lethalia in scholis medicis heissen*, „Pari ratione et admittunt et describunt Zachias in *Quæst. Med. Legal. Libr. V. Tit. II. Quæst. II. Bohnius de officio Medici Duplici*, p. 615. 616. Idem de *Vulnera Lethal.*

Lethal. p. 30. & 93. seqq. Welschius de Vulner. Lethal. Cap. II. ut reliquos taceamus.

SCHOL. 2. Quod quidam peculiare genus vulnerum lethalium efficiant e Vulneribus utplurimum lethaliis, constat ex Teichmeyero, qui in Institut. suis medico legalibus ita loquitur, Cap. XXII. p. 189. „In scholis medicis distinguitur inter vulnerum, 1) per accidens lethale, 2) ut plurimum lethale, 3) simpliciter & absolute lethale.“ Zittmannus quoque in Medicina sua Forensi, Cent. I. Cas. 86. p. 313. hac in specie habet verba: „Die vulnera utplurimum lethalia werden den vulneribus per se & per accidens, tanquam vulnera intermedia naturae contradistingui- ret.“ Idem Autor eisdem p. 308. No. 8. aperte contrarium profitetur, scilicet, „quod non sint intermediae naturae, sed per se lethalia,“ id quod p. 303. quoque ipse confirmat, & alii etiam hinc inde proferunt, uti fuisse probat scholium proxime sequens. Interim haec quoque allegare placuit, ut partim per contradictionem istam & dubiam autorum de hisce vulneribus sententiam Thesis nostrae principalis veritas eo magis eluceat.

SCHOL. 3. Quod quidam, imo plurimi autores, vulnera utplurimum lethalia ad absolute talia referant, patet ex verbis Alberti, l. c. §. V. „Vulnera, inquietis, utplurimum lethalia -- cum ejusmodi cassus valde rari sint, in classem absolute lethalium, quo magis inclinant, etiam referri debent, ni prudens medicus evidentes circumstantias in contrarium adduci queat. Atque Ammannus etiam in Praxi vulner. lethal. p. 40. No. 7. „Vulnerus dicit, utplurimum lethale est actu lethale. Ergo annumerandum vulneribus absolute lethalibus.“ Paulini in Præfatione, quam premisit Ammanni Medicinæ Criticæ, ab ipso latinitati donatae, concludit. „Vulnera utplurimum lethalia non sunt intermediae naturae inter lethalia per se & per accidens, sed vulneribus per se lethaliis sunt accensenda.“ Idem profert Bohnius, in libro de Vulner. Lethal. p. 38. „Car non ex tali vulnera, (scil. utplurimum lethali), mortuum, hinc illud per se lethale dicere mus, quo plures communiter pereunt, unus saltem preter spem sanatur.“ Zittmannus, antea etiam adductus, l. c. Cent. III. Cas. 43. p. 702. porro dicit: „Vulnera utplurimum lethalia veteribus dicta, werden billig unter die vulnera actu & per se lethalia gerechnet.“ it. p. 308. „Rectius facerent, si omitterent vulnera utplurimum lethalia, vel referrent ad vulnera simpliciter lethalia.“ Huic tandem opinioni adhuc subscribunt quamplurimi reliqui autores, veteres pariter atque recentiores.

SCHOL.

SCHOL. 4. *Vulnera ut plurimum lethalia, communiter, aliquando, frequentius, secundum plurimum, plerumque, ὡς επὶ τὸ πολὺ ταῖα, autoribus unum idemque denotant, uti ex corundem, qui antea adducti leguntur, scriptis videre licet.* Teichmeyerus in specie hac adhuc addit l.c. p.189. „*Ut plurimum lethale vulnus dicitur etiam periculosum.* „*Licet alias hucusque in fundamentis medicis periculosa vulnera lethalibus ingenere opposita fuerint.*

SCHOL. 5. *Vulnera ut plurimum lethalia speciatim dicuntur aribus vulnera capitis quædam, vulnera ventriculi & intestinorum: atque hæc quidem potissimum: præterea vero & vulnera pulmonum, cordis, vesicæ, aliisque. Vbi notandum, quod super singulis non omnes consentiant, nec omnes sibi semper in iisdem determinandis constent.*

Sic enim loquitur, Autor medico - legalis, Alberti l.c. §. XLII. „*Quando periculosa cerebri vulnera,* (excipiuntur medullaris substantia eminenter cum vasorum majorum lesione combinata,) „*cum gravi illius commotione conjuncta sunt, tunc utique ut plurimum lethalia existunt,* §. XLIII. „*Cerebelli vulnera ut plurimum sunt lethalia,* „§. LV. „*Vulnera ventriculi magna ut plurimum lethalia existunt,* §. LXIII. „*Læsiones vesicæ, in fundo infictæ, ut plurimum lethales esse observantur.* — „*Graviores, majores & cum eminenti vasorum sanguiferorum laßione complicatae vulnerationes colli vesicæ aequæ aliquando lethales evadunt.* „*Mittimus compluria alia Capitis hujus loca, ubi de vulneribus nonnullis sine ulteriori explicatione Autor dicit, quod sint communiter lethalia, quod lethalia esse possint, quod communiter per se sint lethalia, &c.*

Boknius l.c. p.615. testatur: „*Ut plurimum lethalia, ajunt vulnera cerebri, pulmonum, ventriculi, &c., & in libro de Vulner. lethal. p.34. addit adhuc cordis vulnera.*

Teichmeyerus l.c. p. 204. „*Vulnera, inquit, cranii in substantiam corticosam & medullarem penetrantia, sinibus dure matris, ventriculis & plexu choroideo illeſis, ad vulnerum ut plurimum lethaliū classem pertinent,* p. 208. „*Læsiones illorum truncorum nervosorum, qui organis vitalibus ministerium motus & sensus praestant, imprimis 8vi paris, plerumque sunt lethales,* p. 210. „*Aspera arteria plane abſcissa, adeo ut pars abſcissa vi Musculorum deorsum moveatur, tunc plerumque tale vulnus lethale est,* ibid. „*Contusiones & percussionses circalaryngem, — unde inspiratio & respiratio prohibetur — communis sine mors sequitur, propter subsequentem inflammationem anginosam,* p. 212. „*Vulnera Musculorum Throatris, quando cum aliqua latitudine ad Pleuram usque penetrant, tunc interdum fieri possunt lethalia.* „*Tacemus & hujus Autoris, (medicinam legalem hic tradentis,) loca alia, ubi de vulneribus aequivoce satis enuntiatur, quod mortalia fieri possint.*

e

Wel-

Welschius in libro allegato vulnera pulmonum, diaphragmatis, ventriculi, renum, asperæ arteria, gula, intestinorum atque vesicæ ad vulnera utplurimum lethalia refert, eademque singula totidem capitibus specialibus pertractat ex professo.

Videantur & reliqui. Notandum vero adhuc venit, quod inter vulnera utplurimum lethalia, supra ab autoribus recensita, quædam reperiuntur, quæ pro illorum ipsorummet definitione talia minime esse possunt. (Vid. infra §. V. Schol. 1.)

COROLL. 1. Vulnera utplurimum lethalia, autoribus ita dicta, sunt lethalia.

COROLL. 2. Vulnera utplurimum lethalia, Autoribus ita dicta, talia sunt, quorum exempla dantur sanata.

SCHOL. Medele posibilitatem non modo vocabulum, utplurimum lethale, indicat, sed & idem testatur Bohnius, de Vulner. Lethal. p. 31. „Poteſt, inquiens, aliquando plaga existere in ſe utplurimum lethalis, & vulneratus nihilominus convalescere.

COROLL. 3. Vulnera utplurimum lethalia, pro definitione quorundam autorum, talia sunt, quæ quidem pertinent ad lethalia, neque tamen ad absolute, neque ad per accidens talia. Pro definitione quorundam autem sunt vulnera, quæ sunt absolute, & per sui naturam, ergo semper ac necessario (§. II. Coroll. 6.) lethalia, quæ tamen simul non semper ac absolute lethalia sunt, quia exempla eorum conceduntur sanata.

SCHOL. Testimonii loco, quoad ultimam utplurimum lethaliū vulnerum speciem, adduci possunt verba, quæ habet Alberti l. c. §. V. „Quod interdum, inquiens, quidam homines talibus curati fuerint vulneribus, (scil. utplurimum lethibus) nihil absolute probat, quod simile vulnus in altero non lethale fuerit. Item verba Welschii, l. c. p. 178. quæ ita sonant: „Hæc vulneratorum exempla, (curata), lethalitatem, (absolutam) in aliis non tollere, inferrem ego, &c., item p. 179. ubi de vulneribus utplurimum lethibus afferit, quod interdum eventum habent non lethalem. Idem testantur exempla actu sanatorum vulnerum, pro utplurimum lethibus habitorum, quæ Autores dicti allegant, iisque ipsis vulnerum ejusmodi existentiam deducere atque corroborare allaborant.

#### §. IV.

Hæc, (quorum mentio facta est §. precedenti,) vulnera utplurimum lethalia, cum autoribus dicenda, nulla dantur. Vulnera enim, utplurimum lethalia dicta, denotant pro definitione

nitione quorundam autorum ejusmodi vulnera, quæ quidem lethalia sunt, ast lethalibus absolute & per accidens talibus prorsus contradistinguenda, & ad eadem minime referenda. Dum autem vulnus, quod lethalibus annumerandum, non tamen absolute nec per accidens tale esse prohibetur, dici potest nullum (§. II. Cor. 3.): vulnera utplurimum lethalia, secundum hunc significatum, nulla dantur.

Quod vero descriptionem aliorum spectat autorum, vulnera utplurimum lethalia ipsis sunt vulnera, quæ absolute, Ergo semper & necessario (§. II. Cor. 6.), lethalia sunt, quorum tamen exempla, saltem quædam, conceduntur sanata, i. e. quæ non semper ac necessario lethalia sunt (§. II. Cor. 8.). Cum autem vulnus, quod per sui naturam semper ac necessario lethale esse ponitur, insimul vero ceu non semper ac necessario tale asseritur, dari nullo possit modo (per princ. contrad.): perspicuum quoque est, quod vulnera utplurimum lethalia, etiam pro hoc significatu, nulla dari possint.

SCHOL. 1. Non defuerunt penitus, quibus hæc vulnerum utplurimum lethalium inventio suspecta visa est, & cum veritate minus conveniens. Aperte enim Ammannus, de Vulner. Lethal. Prolegom. §. XIV. confitetur: „Quid de Vulneribus utplurimum lethalibus sentiendum? „Nihil. Nam sunt vel per se, vel per accidens lethalia. Tertium non „datur..“ Nullas tamen sententie sua rationes hic autor apposuit. Paulini quoque l.c. de iis dubitat, argumenta quædam, ast insufficientia & incompleta, adjiciens. Notandum vero, ambos hosce autores non tam existentiam vulnerum utplurimum lethalium impugnare, sed potius id agere, ut ostendant, eadem pertinere ad vulnera per se, i.e. absolute, lethalia, prouti supra §. III. Schol. 3. dictum est.

SCHOL. 2. Quodsi vulnera utplurimum lethalia autorum, qui talia defendant, & exempla adducunt, penitus examinemus, eosdem in determinandis hisce vulneribus semper in generalioribus subsistere apparet; Sic, e.g. vulnera capitis & cerebri dicuntur utplurimum lethalia, quæ contusiones magnas & cerebri commotiones secum habent coniunctas: ventriculi vulnera ea hoc nomine insigniuntur, quæ sunt majora: &c. (vid. §. III. Schol. 5.) Quæ vero descriptio, ceu nimis incompleta, talis non est, in qua acquiescere quis, aut eam tuto casui cuidam obvenienti in specie applicare, possit. Constat enim ex anatomicis, & caput

*S*cerebrum & ventriculum, imo & quaslibet reliquias corporis humani partes ex variis iterum, iisque diversimis, componi partibus specialioribus, membranis nimirum, nervis, vasis sanguinem vehentibus, reliquis, quarum aliae post lesionem admittunt medelam, aliae non admittunt. Unde & fit, ut, quando ulterius & ad speciale aliquod vulnus descenditur, tunc generaliora illa autorum effata tuto applicari amplius nequeant, propter deficientem in illis explicacionem ulteriorem; sed in vulnera speciali mortifero, semper quæstio huc redeat tandem, necesse sit: an vulnus præsens speciale sit absolute an per accidens lethale? Interim tamen animus, incipientis saltem practici, facile per præcepta edicta confunditur, ut concludat: *Quoniam in genere dari vulnera ut plurimum lethalia autores asserunt, etiam vulnus præsens speciale ejusmodi vulnus esse potest; in quo tamen ipsum falli, ex prioribus eluet.*

SCHOL. 3. Cum hæc omnia, qua adducimus, ad illustrandam medicinam forensem adducamus, sponte liquet, nos non movere, multo minus, ut evertamus, allaborare quæstionem: Num in praxi chirurgicæ obveniant vulnera utplurimum s. quandoque lethalia, i.e. Num chirurgis in praxi sua obveniant vulnera, quorum alia morte terminantur, alia vero sanationem admittunt? Ejusmodi enim vulnerum eventum quotidiana comprobat experientia. Nec id de vulneribus tantum valet, sed & de morbis quibuslibet constat, quod alii sanentur, alii contra: atque ex hoc fundamento morbi etiam dantur utplurimum lethales. Imo & hac potius, quam alia, ratione explicari debere nobis videntur verba Hippocratis atque Galeni, (quos doctrinæ de vulneribus utplurimum lethalibus autores credunt primos,) ubi de vulneribus his vel illis dicunt, quod quandoque s. utplurimum necent. Neque hæc est mens nobis, ut controversiam iis moveamus, qui in vulnerum lethalium distinctione ulterius progredientes, animi gratia, tandem subdivisionem quandam inventisse credunt, vel ipsimet excogitant, cui vocabulum, utplurimum, præponere cum aliquali jure apparente possint: ejusmodi enim subdivisio philosophica in vulneribus per accidens lethalibus locum foris habet; nullum vero in medicina legali usum habere, primo intuitu patescit. Sed hæc est quæstio, insimulque cardo rei: Num dentur vulnera lethalia, a vulneribus absolute & per accidens lethalibus distincta, & in oppositione ad eadem, denominatione vulnerum utplurimum lethalium insignienda: de quibus ideo, si judicium ferendum de vulnera quodam lethali in individuo, & queratur, quale sit? responderi liceat, utplurimum lethale esse? Hoc negamus. Judicem namque, que antea de vulneribus & morbis, utplurimum sive quandoque lethalibus, quoad praxin

*praxin clinicam, adduximus, item que de sub distinctione vulnerum lethalium ulteriori philosophica egimus, nullatenus tangunt, sed is unice querit: An vulnus lethale præsens tale fuerit, quod per intrinsecam constitutionem, adeoque absolute, mortem laeso contraxit? an vero mors laesi aliud quoddam fundamentum habuerit non necessarium & extrinsecum, i. e. an vulnus fuerit absolute lethale nec ne? Et ex præcedentibus apparet, tertium non dari.*

COROLL. 1. Nullius igitur fundamenti pariter ac utilitatis labor est, læsionum quarundam numerum colligere, peculiarem ex iis constitutre classem, & nomine vulnerum utplurimum lethalium, pro significatu autoribus proprio, easdem denotare.

SCHOL. *Quæ cum ita sint, prouti & præmissa sic esse probant, quo jure & cui bono in recentissimis Compendiis Medico-Legalibus, qualia sunt Alberti & Tethmeyeri, hæc doctrina admittatur adhuc & conservetur, non perspicimus.*

COROLL. 2. Neque minus exinde patet, quam vanum, insufficiens atque periculosum sit, in casibus gravioris momenti, ubi de lethali tamen vulneris alicujus vera constitutione queritur, ad vulneris utplurimum lethalis denominationem confugere. Inde enim fit, ut sæpen numero vulnus quoddam, quod tantummodo medentis incuria aut inscitia, vel alia quacunque causa accidentalis, extrinseca & non necessaria, fatalem habebat exitum, pro tali venditetur, quod per sūi naturam incurabile atque mortale fuerit. Qua de re plura ex autoribus allegari possunt exempla.

COROLL. 3. Tandem denique & hoc inde fluit, ut, si quis vulnus quoddam lethale speciale, pro utplurimum lethali ab autore quocunque declaratum reperiat, aut ipse declarare velit, hac denominatione revera nil decidi appareat, in quo acquiescere est possibile, sed quod semper adhuc restet ulterior disquisitio, distinctiorque explicatio, hæc scilicet: num vulnus istud lethale fuerit absolute, an vero per accidens lethale? (§. II. Cor. 3.)

### S. V.

*Vulnera illa utplurimum lethalia, quemadmodum ab autoribus dicuntur & explicantur, non pertinent ad classem absolute lethalium, (cui autores plurimi ea generatim adnumerant,) sed potius ad classem per accidens talium. Vulnera namque illa utplurimum lethalia dicta, quia morte laesi terminantur, sunt lethalia (§. III. Cor. 1); sunt itaque referenda ad vulnera vel absolute*

solute vel per accidens mortifera (§. II. Cor. 3.); Dum vero ejusmodi vulnerum exempla dantur sanata, patet, eadem non pertinere posse ad classem absolute lethalium (§. II. Cor. 8.); sed accenseri debere vulneribus per accidens talibus (§. II. Cor. 6.), & quidem tantum. (§. II. Cor. 5.)

**SCHOL. I.** Atque id quidem valet de singulis vulnerum utplurimum lethalium generibus, ab autoribus suppeditatis, iis scil. quorum exempla in aliis observata sunt sanata, quorum ergo medelæ possibilitas per experientiam comprobatur. Notandum enim venit, quod nonnulli autores quedam vulnera lethalia appellant utplurimum lethalia, eademque in uno alterove subiecto sanata fuisse observationibus corroborare amittantur, quorum tamen sanatio per omnia principia anatomica & chirurgica est impossibilis, quæque igitur in nullo unquam subiecto sanata fuerunt, atque adeo utplurimum lethalium cognomen, ex mente ipsorum autorum, talia admittentium, nullo posunt tueri modo. Sic e.g. Alberti vulnera cerebelli, Teichmeyer laesiones truncorum nervi paris &c, alii alias ejusmodi lesiones (§. III. Schol. 5.) frustra pro utplurimum lethalibus declarant, cum ejusmodi lesionum medela nec historiis fide dignis probari posse, nec a chirurgo suarum rerum perito unquam promittetur, imo & illius impossibilitas intrinseca ex anatomia facile eluceat. Accedit, quod non omnes autores ratione vulnerum specialium, ad utplurimum lethalia relatorum consentiant, nisi corum perfectio probat; quod porro exempla, quæ ad tuendam affirmativam subinde adducuntur, haud raro majorem non mereantur fidem, quam quod Bohnius in Libro de vulner. Lethal. p. 34. e Galeno affert exemplum vulneris cerebri, in ventriculos usque penetrantis, & nihilsecundus feliciter consolidati: item quas Zachias l. c. No. 22. pariter e Galeno refert, historia animalium, sacrificio destinatorum, quæ aulso corde integrō clamaverunt adhuc & auspigerunt; quod denique, ratione exemplorum, partim post consolidatum vulner quoddam, pro utplurimum lethali postea venditatum, propter deficientem tunc inspectionem intimorem, necessario scrupulus remaneat maximus, num lesio revera talis fuerit, talesque fauciaverit partes, ac sub initium videbatur: partim ab animalium, imprimis minorum, vulneribus ad vulnera hominum conclusio minime sit tuta, prout autores allegati ipsi hæc omnia largiuntur, e.g. Bohnius l. c. Ammannus l. c. p. 121. No. 18. & p. 293. No. 2.

**SCHOL. 2.** Quæ diximus, etiam consensu facultatum medicarum celebriorumque medicorum approbata inventiuntur. Horum enim virorum, quotquot interiora artis medica penetrare licuit, fere omnes vulnera ejusmodi, quæ a medicis quibusdam privatis utplurimum lethalia sunt salutata, inter vulnera per accidens tantum talia collocant: Qualia exempla occurrunt in Ammann. libr. de vulner. lethal. Decad. 1. Histor. ii. de vulner. ventriculi & hepatis; in Zittmanno l. c. Cent. 1. Cas. 86, de vulner. ventriculi; ibid. adhuc Cent. III. Cas. 43. de vulner. vesicæ; & alibi.

### §. VI.

Vulnerum utplurimum lethalium, quemadmodum Autoribus dicuntur, admissio in medicina Forensi maximam parit confusionem, ac effata medico legalia reddit dubia; Eorum vero eliminatio maximam affert utilitatem. Medicina enim Forensis

SIBIO

Forensis suppeditare debet principia, ex quibus vera vulneris alicujus lethalis conditio distincte dijudicari, atque exinde cum certitudine concludi potest, utrum mors læsi infœcta fuerit propter vulnus ejusque naturam, an vero propter circumstantias accidentales tantum; atque id quidem eo fine, ut judex forensis habeat, ex quo cognoscere queat, utrum eventus vulneris alicujus funestus lædenti imputari debeat, an non: ex quo igitur quantitatem delicti pœnaeque, lædenti secundum leges civiles inferendæ, rite determinare valeat (per def. Med. Legal.) Quæcunque igitur efficiunt, ut neque de vulneris alicujus lethalis vera constitutione inquisitio & explicatio rite distincteque institui, neque cum accurata certitudine determinari posse, an vulnus per intrinsecam constitutionem, atque adeo necessario & inevitabiliter, causa mortis fuerit: an vero accidentales quedam circumstantiae nonnecessariae, sed evitatu possibles, mortem læso induixerint; ea nihil conducunt, nisi ad producendam in legali medicina confusionem, & effata medico legalia incerta efficienda. Admissionem vulnerum utplurimum lethalium, prouti autoribus dicuntur & ab illis proponuntur, si consideramus, utrumque per illam effici patescit. Quicunque enim autores vulnera utplurimum lethalia asserunt, concipiunt sibi aliquid, quod omni caret fundamento (§. IV. ibid. Cor. 1.), quod igitur ad distincte explicandam vulneris lethalis conditionem nil confert (§. IV. Cor. 3.) Neque minus, si vulnus quoddam lethale inflictum est, non nisi summa cum incertitudine secundum ejusmodi autorum placita determinari potest, utrum mors læsi causam habeat vulnus, an circumstantias accidentales: utrum ergo lædenti sit imputanda, an potius aliorum inscitiae, incuriae, errori, & quæ sunt similia (§. IV. Cor. 2.). Summa itaque cum ratione affirmari debet, admissionem vulnerum utplurimum lethalium maximam in medicina legali producere confusionem, & effata medico legalia reddere incerta. Ex quo simul prono fluit alveo, eorum eliminationem necessariam pariter ac utilem esse.

SCHOL. I. Nobiscum consentiunt medicorum haud pauci, quos inter ipsos illos autores, vulnera utplurimum lethalia concedentes, allegasse fatis erit; nam ne his quidem dubia, doctrinam, de qua agimus, præsertim in applicatione ad casus speciales, prementia, fuerunt ignota. Hinc tot in eorum libris obvenientia aserta æquivoca, tot limitationes, totque descriptiones additæ, ad explicandam materiam hanc obsecram, imo & tot contradictiones, pro parte in precedentibus annotatae, atque ulterris in eorum scriptis obviae, quæ tamen omnia animo certitudinis cupido parum satisfaciunt. Sic e.g. Bohnius l.c. p. 616. extricare sese studet: „Hinc minus deponere licebit: hoc vulnus cerebri est utplurimum lethale, sed hujus generis vulnera plurima sunt lethalia - - pauca non lethalia - - i.e. τὸ utplurimum semper plura supponit, de singulari sive unico prædicari nequit.,, Valentini super hac materia in Paudet. Medico

*Medico Legal. Part. II. p. 432. Cas. X. sic loquitur: „Statuimus, quod ut in communione, et plerumque in arte nostra medica ab eo, quod ut plurimum ita sit - universaliter argumentari debeat. Non obstante, quod e plurimis casibus praeter omnem rationem manifestam unus interdum aliter ac feliciter cedat, ac reliqui omnes, quoniam interdum a natura sunt miracula, a quibus tamen conclusio defini nequit, &c., Conf. adhuc Welsch. l.c. pag. 171 - 180. item et reliqui Autores addueri.*

Hinc quoque scilicet propter dubia, dogmati de vulneribus ut plurimum lethalibus adherentia, factum credimus, ut in iisdem autoribus medico legalibus rarissime, (ne scio an ullibet) inventari casus quidam, quem pro ut plurimum lethali aperte profiteantur responsa, qua facultates medicae, aut medici celebriores dederunt, quamvis ejusmodi quid a medicis privatis aut chirurgis factum, ast et simul a prioribus communiter refutatum, haud raro legatur, v.g. in Ammanno et Zittmanno (vid. §. V. Schol. 2). Nisi forte locutiones quasdam equivocas huc trahere liceat, que hinc inde in autoribus leguntur. Quid enim sibi vult e.g. inscriptio casus XXVII qui exstat in Alberti libr. cit. Tom. III. p. 430. sequentis tenoris: *Vulnus Arterie Carotis et Venae Jugularis, ex accidenti, ast ferme, lethale?* Cum vulnus hoc loco descriptum absolute lethale fuisse, sole meridiano sit clariss.


Hinc tandem est, ut Bohnius, cuius de vulneribus lethalibus librum Andr. Ottomar. Gölische in Introduktione in historiam literariam, medicinæ legalis scriptorum, Medicinæ illius Forensi premisa, laudibus adeo extollit, ut §. XXXVIII. p. 29. dicat: „quod accuratus in hoc genere scriptum nec exstet nec forte desideretur, post ad duas vulnerum lethalium distinctiones varias, tandem concludere cogatur: „Consulitius forsitan foret in renunciationibus forensibus a terminis illis, (necessario, ut plurimum), abstinere - et tantum an Vilnus per se an per accidens lethale, disquirere atque enunciare, vid. l.c. p. 33. it, in lib. de offic. Med. Dupl. p. 616. Facit cum hoc autore et Teichmeyerus l.c.

Scilicet ex allatis omnibus apparet, quod Autores ipsi, vulnerum ut plurimum lethalium doctrinam, quam conservant, applicare ad causas speciales ausi non fuerint. Quid ergo tota haec vulnerum lethalium clasus juvat in Medicina Legali?

SCHOL. 2. Facilius equidem sit, fatemur, per doctrinam de vulneribus ut plurimum lethalibus, lesionum mortiferarum inspectio atque enunciatio. Quoties enim dubia occurruunt circumstantiae aut majores difficultates, si in vulneris tractatione progressa, si in ejusdem indagatione, toties ad vulnus ut plurimum lethale confugere, quid vetat? Præsertim cum certitudo lethali tis, vel absoluta, vel accidentalis, haud et que facile semper et primo intuitu patet. Interim tamen res adeo gravis, ubi de vita et morte inquisiti agitur, postulat merito, ut, si quæ restent in hoc capite indaganda, omni potius industria indagentur, quam iniutilis illa vulnerum ut plurimum lethalium doctrina amplius in subsidium vocetur, præprimis cum adhibita solertia debita, et ratione atque experientia, duobus illis torius medicinæ fulcris, rite applicatis, impossibile minime sit, certitudinem in hac quoque materia sufficientem nancisci, tantam scilicet, quanta humanæ vires potiri possunt.

### §. VII.

Atque sic, quam demonstrandam suscepimus, vulnerum ut plurimum lethalium dictorum in medicinæ legali nullitatem dedimus probatam.











stinctione vulnerum letangunt, sed is unice quod per intrinsecam ntraxit? an vero mors necessarium & extrinseca? Et ex praecedentibus

pariter ac utilitatis largere, peculiarem ex plurimum lethalium, ostare.

Ta sic esse probant, quod dico-Legalibus, qualia vittatur adhuc & con-

quam vanum, insufficiens momenti, ubi de queritur, ad vulnere. Inde enim fit, in modo medentis indentali, extrinseca & li venditetur, quod Qua de re plura ex

le fluit, ut, si quis im lethali ab autore care velit, hac denique acquiescere est possit, distinctio d lethale fuerit absolu-

3.)

ardmodum ab autod classem absolute adnumerant,) sed a namque illa utinuntur, sunt led vulnera vel absolute

praxin clinicam, adduximus, item thalium ulteriori philosophica egin querit: An vulnus lethale, prae constitutionem, adeoque absolute, laeti aliud quoddam fundamentum cum, i.e. an vulnus fuerit absolute appareat, tertium non dari.

COROLL. 1. Nullius igitur labor est, laesionum quarundam numeris constituere classem, & nomine pro significatu autoribus proprio,

SCHOL. Quæ cum ita sint, præjure & cui bono in recentissimis sunt Alberti & Tschmeyeri, haec servetur, non perspicimus.

COROLL. 2. Neque minus ciens atque periculosum sit, in causa lethalitatis vulneris alicujus vera crux ut plurimum lethalis denominatur sæpenumero vulnus quoddam curia aut inficitia, vel alia quacunque non necessaria, fatalem habebat exceptio naturam incurabile atque autoribus allegari possunt exempla.

COROLL. 3. Tandem denique vulnus quoddam lethale speciale, quocunque declaratum reperiat, a nominatione revera nil decidi apposibile, sed quod semper adhuc responde explicatio, hæc scilicet: nullete, an vero per accidens lethale

§. V.

Vulnera illa ut plurimum lethibus dicuntur & explicantur, non lethali, (cui autores plurimi ea potius ad classem per accidens talium plurimum lethalia dicta, quia mortalia (§. III. Cor. 1); sunt itaque

c




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 1